Jacobus <de Voragine> : Legenda sanctorum seu Lombardica historia Jacobus de Voragine
1488 Seite 309



dubio om̄i ope ministratrix extitit. que
hūc in vtero gessit. patrūq3 ꝓfusū aluit ꝛ
fouit. ꝛ in p̄sepio reclinauit. ꝛ fugiens in
egyptū abscondit. ꝛ om̄em infantiā ei9
ꝓsecuta vsq3 ad crucē. ab eius nō recessit
consectatu. Nō potuit aūt ei9 diuinita-
tis nō esse credula. que se nouerat hūc n̄
virili semine sed diuino spiramine con-
cepisse. Unde de filij potestate tanq̄ de
dei virtute non nutabunda deficiente vi
no dixit. Uinum non habent. sciens eū
hoc potuisse. quod eū mox contigit mi-
raculo complexisse. Ecce igitur Maria
fide et opere xp̄i ministratrix. si ibi nō fu-
erit vbi xp̄s ministros suos vult esse. vbi
ergo erit? et si ibi fuerit nunquid equali
gratia? Et si equali gratia vbi equa dei
censura qui reddit vnicuiq3 f̄m merita
sua. Si merito pre omnibus marie viue-
ti tanta est gratia donata ꝛ gratia mor-
tue erit minuenda: absit. Si enim omni-
um sanctorū mors est preciosa: Marie
sane est preciosissima. Confitendum igi-
tur censio mariam ad eternitatis gaudi-
um assumptam. benignitate christi ꝛ ho-
norabilius susceptam ceteris. quam gra-
tia honorauit pre ceteris. atq3 ad commu-
nem humanitatis conditionem non esse
adductam post mortem putredinis: vi-
delicet vermis et pulueris. que suum et
omnium genuit saluatorē. Si elegit di-
uina voluntas inter igneum flammas
puerorum vestimenta seruare illesa. cur
abnuat in matre propria quod elegit in
veste aliena. Jonam seruare in ventre
ceti incorruptum voluit sola misericor-
dia. mariam incorruptam non seruabit
gratia? Seruatus est daniel in intempe-
ratissima fame leonum. non seruanda ē
maria tantis donata. etiam meritis dig-
nitatum. Hec ergo cuncta que diximus
quia naturam non seruasse cognoscim9
in integritate quoq3 marie plus grati-
am q̄ naturam potuisse non dubitam9.
Xp̄s ergo letari facit mariam anima et
corpore in se proprio filio. Nec vllam se-
qui corruptionis erumnam quam nul-
la secuta est tantū pariendo filium inte-
gritatis corruptio. vt sit semper incorru-
pta quam tanta perfudit gratia. sic inte-
graliter viuens. que omnium integra ge-
nuit vitam. Si ergo dixi vt debui. Ap-
proba christe tu et tui. Si vo non vt de-
bui. Ignosce obsecro tu et tui. Finis
legenda de assumptione castissime ac in-
temerate virginis marie.

Sequitur legenda sancti Bern-
hardi abbatis deuotissimi.

Bernhardus di-
citur a ber quod est puteus vel
fons. et nardus que est (vt di-
cit glosa super cantica) Herba humilis
ꝛ calide nature ꝛ odorifera. fuit enim ca-
lidus in feruenti amore. humilis in con-
uersatione fons in doctrine emanatione
et puteus in scientie profūditate. et odo-
riferus in fame suauitate. Eius vitā vuil-
helmus abbas sancti theodorici socius
beati Bernhardi. et bernald9 abbas cla-
reuallis scripserunt.

Bernhardus
in burgunia castro fon-
tanis ex nobilibus valde
et religiosus parentibus
ortus est. Cuius pater de-
celinus miles seculo strennuus. nec mi-
nus deo religiosus. Mater vo aleth nū-
cupata est. Hec septem filios genuit. sex
mares. et feminam vnam. Mares autē
omnes monachos futuros feminam au-
tem sanctimonialem. Mox autem vt fi-
lium partu ediderat: manibus proprijs
ipsum deo offerebat. Alienis vberibus
ipsos nutriri refugiebat. q̄si cū lacte ma-
terno materni quodāmō boni īfūdēs eis na-
turā. Cū āt creuissent q̄diu sub manu eius



TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-286/0309
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG